

*pauca tamen imo nihil mutavi, quo maneat primi tentaminis adaquata satis recordatio : unde etiam credo : a quos lectores ab acerba censura, quamvis ne hanc quidem horream, sibi esse temperaturos. Mibi satis erit, Amicis satis fecisse, qui revocatam editionem postularunt, quorumque studiis inservire omnis vite mea ratio exigit. Potuisssem hoc quantum erat, temporis eorum consecrare honoribus, qui haecenus diversis locis diverso scribendi modo sed pari furore & calumnia studia mea interpellarunt. Ast irritus labor videbatur laterem lavare velle, & hominibus omni rationis sensu destitutis ratiocinando viam monstrare contendere. Neque mea ex parte necessum id, duxi, postquam cognovi nec obscuri Theologastri Hamburgensis calumniam, nec Simiae Hertianae furorem ullius Boni & Prudentis Viri animum à me alienasse. Tacebo itaque ad istorum nenas pro lubitu & prout visum fuerit, aliis vero negotiis invigilabo eo alacriori spiritu, quo magis certus sum, vite mea rationes omnibus bonis satis esse probatas, seque & in posterum eodem modo esse probaturas. Vale. Scribebam Jene d. XX. Junii.*

*MDCXXI.*